



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 35. S. Chrysostomus Ecclesia pellitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

desineret, Legem promulgari curarunt, Sæculum V.
A.C. 404.
qua omnibus Regii Palatii Domesticis prohibetur, ne se tumultuosis, ut ipsi quidem loquuntur, Conventibus immisceant, & pœna sit jactura officii, atque bonorum confiscatio. Lex ista Constantinopoli quarto Kal. Febr. Honorio, & Aristenete Consulibus, id est, 29. Jan. anno 404. data.

§. XXXV.

S. Chrysostomus Ecclesia pellitur.

Cum tempus Quadragesimale advenisset, Antiochus, & Factionis ejus homines, secreto in Conspectum Cæsaris admissi, significarunt, Joannem esse convictum, jamque Imperatoris esse, ut eum ante Festa Paschalia expelli juberet. Imperator Arcadius instantibus obistere non potuit, misitque ad S. Chrysostomum, qui indicarent, ut Ecclesia cederet. Respondit: *Hanc Ecclesiam a Deo accepi ad procurandam Salutem populi, & eam deserre non possum; quia vero vestra est Civitas, si vultis, ut discedam, vi expellite; sic mihi legitima erit excusatio.* Ergo ex Pall. p. 81.
Pall. p. 82.
Palatio non sine aliquo pudore missi sunt, qui eum expulerunt, addito mandato, ut interea in Domo Episcopali se contineret. Expectabant, ait Palladius, num Cælum in Joannis Defensionem prodigium ederet, quo perterriti eum suæ Ecclesiæ

Sæculum V. A.C. 404. clesiae restituerent, aut si nullum omni
 sequeretur, eundem pejus haberent.
 Die magni Sabbati iterum adsunt, cum
 Ecclesia exire jubentes; respondit, qui
 Episcopum decebant. Imperator
 diem Sanctam sollicitus, & populi in Ci-
 vitate tumultum timens, vocatis ad
 Acacio, & Antiocho, dixit: *quid facien-
 dum? vobis! si malum mihi consilium
 suggessistis.* Responderunt audacter: *Do-
 mine! Joannis Depositionem in caput no-
 strum recipimus.*

Episcopi quadraginta S. Joanni fide-
 les in Ecclesiis Imperatori, & Imperatrici
 obvios se dederunt, rogantes cum lacry-
 mis, ut Jesu Christi Ecclesiae parcerent
 Pall. p. 83. eique suum redderent Episcopum; &
 propinquare Festa Paschalia, adesse bap-
 tizandos, Doctrina Christiana sufficienter
 institutos. Sed frustra. Tum Paulus
 Cartejanus sacerdotali constantia ad Eu-
 doxiam Imperatricem: *Deum time, pro-
 lis tuæ misericordia te tangat, & cave,
 ne Jesu Christi Festum sanguinis effusio-
 ne profanes!* igitur isti Episcopi Sanctam
 Vigiliam quisque domi suæ egerunt, tri-
 stitia oppressi. Presbyteri Constantino-
 politani, S. Joanni Chrysostomo addicti,
 Socr. VI. c. 18. populo in balneis publicis (thermæ Con-
 stantianæ dicebantur) congregato, Vigi-
 liam Paschæ pro more celebrarunt, præ-
 legerunt sacras Scripturas, & Catechu-
 menos baptizarunt.

Id ubi Antiochus, Acacius, & Severus resciverunt, petierunt, ut Conventus iste dissiparetur. Magister officiorum respondit: *nox est, maximus etiam concursus populi, funestum certe rei eventum timeo.* Instabat Acacius: *vacuæ hominibus sunt Ecclesiæ, timemus, ne, si Imperator veniat, & populum abesse videat, ejus affectum in Joannem cognoscat, & nos invidia ur̄i credat, postquam ad eum diximus, neminem adhærere Joanni viro Misanthropo.* Magister officiorum, postquam in se nullam recepturum culpam, quidquid mali inde evenisset, testatus fuisset, dedit eis virum, cui nomen Lucius, ab omnibus Gentilem creditum, cohortis unius Ducem; huic mandatum, ut primo populum leniter ad Ecclesiam invitaret. Ivit ille, sed nemo ei aures præbuit; rediit ergo ad Acacium & alios, referens, quanto ardore illis Sacris populus adesset, & quam innumerabilis esset multitudo. Ipsi vehementissime virum urgere, preces, aurum, promissa cumulant, ut reverteretur, & vel bonis verbis populum ad Ecclesiam adduceret, vel illum Conventum adhibita vi dispergeret.

§. XXXVI.

Tumultus in Nocte Paschali.

Itaque Lucius iterum ad populum se confert, *Pall. p. 85.*
Hist. Eccles. Tom. V. U fert,

Sæculum V.
 A.C. 404.

Pall. p. 84.